

Benefactoribus Collegii nostri. Similiter bis in anno, scilicet in utroque magno Capitulo, matutinis precibus, per Rectorem vel eo absente per Subrectorem dicatur expressa et grata commemoratio de Fundatoribus et Benefactoribus.

Statuimus quoque quod per quemcunque Collegii nostri publicè coram Universitate concionaturum, in precatione ante concionem fiat grata commemoratio de Fundatoribus et principalibus Benefactoribus, scilicet Ricardo Fleming et Thomâ Rotherham Fundatoribus, Thomâ Beckington, Episcopo Bathoniensi et Wellensi, Gulielmo Smyth, Episcopo Lincolniensi, Edmundo Audley, Episcopo Sarisburiensi, Edvardo Darby, Archidiacono de Stowe, Nathanieli Barone Crewe, Episcopo Dnelmensi.

**CAP. XII.—De Ecclesiis nostro Collegio annexis et appropriatis.**

Statuimus de Ecclesiis Collegio nostro appropriatis, quod Rector Capellanos, qui ad curam Parochianorum deserviant et divina in Ecclesiis peragant, secundum antiquam consuetudinem assumat; et quantum spectat ad Ecclesias Omnium Sanctorum et Sancti Michaelis, si quando sub jurisdictione Episcopi Oxoniensis sint, Rector et Socii, salvo jure Rectoris hodie existentis, assumant Capellanos. Et pro Ecclesiâ de Twyford statuimus, quod Rector Collegii nostri, qui pro tempore fuerit in perpetuum, colligat et recipiat omnes redditus et proventus dictæ Ecclesiæ et eos in proprios usus, nomine feudi sui, pro officio suo convertat, et decem libras Collegio nostro pro prædictis proventibus de claro solvat annuatim; reparationes competentes faciat, pro Capellano ibidem videat et ejus stipendium solvat, et generaliter omnia onera cujuscunque generis ferat et subeat.

Denique his Statutis ordinando adjicimus, quod omnes interpretationes per Episcopos Lincolnienses Visitatores nostros editæ, et omnia et singula anteriorum sæculorum Statuta, Compositiones, et Consuetudines Collegii nostri, quæ Statutis in hoc Corpore comprehensis ullatenus aut eorum alicui repugnaverint, aut ex intentione hujus Corporis seu alicujus ejusdem clausulæ pro supervacuis, abolendis aut rescandis sint habita, pro abolitis rescandis abrogatis et rescissis habeantur, et aboleantur, abrogentur et rescindantur in perpetuum.

Quoniam autem currente sæculo fieri potest, ut multa, quæ nunc sunt in usu, mutatis moribus minus congrua sint, reservetur semper Rectori et Sociis potestas Statuta singula emendandi, transmutandi, meliorandi, augmentandi, diminuendi, plura condendi, sub his conditionibus. Emendationes, quæ expedire visæ erunt, primum in Capitulo magno proponantur; sequenti vero Capitulo Rector et Socii de iis inter se tractent inquirant et consilium ineant; quæ vero ab iis approbatæ et postea a Visitatore sancitæ erunt, fiant Statuta Collegii nostri.

Volumus insuper quod jura Rectoris et Sociorum, qui pro tempore erunt, salva permaneant et illæsa, his Statutis non obstantibus.

ration of Richard Fleming and Thomas Rotherham, and the other benefactors of our College. In like manner, twice in the year, that is to say, at each great Chapter, at morning prayers, an express and grateful commemoration of Founders and Benefactors shall be made by the Rector, or, in his absence, by the Sub-Rector.

We also enact, that every member of our College, who shall preach publicly before the University, in the prayer before the sermon shall make a grateful commemoration of our Founders and principal benefactors; that is to say, Richard Fleming and Thomas Rotherham, our Founders; Thomas Beckington, Bishop of Bath and Wells; William Smyth, Bishop of Lincoln; Edmund Audley, Bishop of Salisbury; Edward Darby, Archdeacon of Stowe; Nathaniel Lord Crewe, Bishop of Durham.

**CHAP. 12.—Of the Churches annexed and appropriated to our College.**

We enact, concerning the Churches appropriated to our College, that the Rector, according to ancient custom, shall appoint Chaplains to minister in the cure of the parishes, and perform Divine Service in the Churches; and, as regards the Churches of All Saints and St. Michael's, if they are ever placed under the jurisdiction of the Bishop of Oxford, the Rector and Fellows, saving the right of the present Rector, shall appoint the Chaplains. And, concerning the Church of Twyford, we ordain that the Rector of our College for the time being for ever shall collect and receive all the revenues and profits of the said Church, and convert them to his own uses, as his fee, in virtue of his office, and shall pay the clear sum of ten pounds yearly to our College for the said profits; shall make competent repairs, provide a Chaplain in the parish and pay his stipend, and generally bear and undertake all burdens of whatsoever kind.

Finally, we ordain, in addition to these Statutes, that all interpretations given by the Bishops of Lincoln our Visitors, and all and singular the Statutes, compositions, and customs of our College anterior to these Presents, which shall in any way be repugnant to the Statutes comprised in this Code, or any of them, or are regarded in the intention of this Code as being superseded, abolished, or repealed, shall be taken to be abolished and repealed, and be hereby abolished, abrogated, and repealed for the future.

And, inasmuch as in the course of time it may come to pass that many things now in use may, through change of manners, become obsolete, power shall always be reserved to the Rector and Fellows of amending, changing, improving, adding to, and taking from every particular, and making new Statutes, under the following conditions:—The amendments which shall be judged expedient shall first be brought forward in a great Chapter; and in the following Chapter, the Rector and Fellows shall treat, inquire, and take counsel together concerning them: and such amendments as shall have been approved by them, and afterwards sanctioned by the Visitor, shall become Statutes of our College.

We enact, moreover, that the interests of the Rector and Fellows for the time being shall remain safe and without detriment, these Statutes notwithstanding.